



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XVI. Heinrich und Otto, Grafen von Lüchow, verkaufen dem Kloster
Diesdorf sieben Hufen in Hennige, am 19. November 1265.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

XV. Pappst Innocenz IV. gestattet allen Capiteln und Klöstern die freie Wahl ihres Abtes oder Propstes, am 23. Mai 1252.

Innocentius Episcopus etc. Venerabilibus fratribus uniuersis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Prioribus, dilectis filiis Abbatibus et aliis Prelatis, nec non Capitulis, Conuentibus, Collegiis ecclesiarum salutem et apostolicam benedictionem. Et qualitas temporis quod diebus illis potissimum fuit ob eorum malitiam modis variis redimendum et nonnullorum instantia importuna extorsit, quod de Archiepiscopatibus vel Episcopatibus seu Abbatibus et Prioribus mandauimus per nostras literas in diuersis partibus prouideri. Sed sanius reputantes prouideri ecclesiis, presertim cum de earum regimine agitur, quam personis prouidendi et ordinandi canonice de premisis, omnibus liberam illis ad quos predictorum electio ordinatio seu collatio siue prouisio pertinet, concedimus auctoritate presentium potestatem, Non obstantibus quibuslibet literis generalibus vel specialibus sub quacunque forma verborum super quorumcunque promotionibus vel prouisionibus impetratis a sede apostolica vel etiam legatis ipsius aut etiam impetrandis seu reseruacionibus vel prohibitionibus aut nominationibus earundem auctoritate, literarum factis vel faciendis aut processibus per eas habitis vel habendis in posterum, que omnia volumus omnino viribus carere. Nos enim quicquid contra huiusmodi nostre concessionis tenorem et libertatem juris seu potestatis vestre in hac parte a quoquam huiusmodi occasione literarum factum est vel fuerit aut presumptum, declarauimus irritum et inane, interdicti, suspensionis et excommunicationis sententias, si que litterarum ipsarum preterito late sunt hactenus, relaxantes, et quas deinceps promulgari contingerit censentes penitus nullas esse. Inhibitionibus per nos et legatos nostros super non eligendis prelatibus in ecclesiis ciuitatum et Dyocesis ecclesie Romane rebellium cum eas vacare contingeret generaliter factis nichilominus in suo robore duraturis. Datum Perusii, X. Kal. Junii, Pontificatus nostri anno nono.

Nos H. prepositus, W. decanus totumque maioris ecclesie in Halberstad capitulum huiusmodi pagine continentiam bulla diui Pape roboratam recognoscimus nos habere et hoc per appensionem sigilli nostri protestamur.

Gerrens Dipl. I, S. 431—433.

XVI. Heinrich und Otto, Grafen von Lühow, verkaufen dem Kloster Diesdorf sieben Hufen in Hennige, am 19. November 1265.

Henricus et Otto, Dei gracia Comites in Luchowe. Omnibus presens scriptum inspecturis. Cum tempore labente labantur omnia, nec recursum habere valeant elapsa, Gestis hominum facilius evanescunt a memoria, si non fuerint scriptis auctenticis consignata. Noverint igitur Christi fideles uniuersi tam presentis temporis quam futuri, quod Nos Ecclesie in Distorp vendidimus pro septuaginta Marcis argenti septem Manfos in Villa Hennigge, quos eiusdem Ecclesie

Prepositus Fridericus comparavit a nobis, cum areis et Pratis, cum omni Jure et utilitate appendente absque Advocatia. Ne autem aliquis imposterum modernorum aut futurorum memoratam Ecclesiam in predictis bonis valeat impedire, Warandia defendemus. Et ut rei huius actio stabilis et rata permaneat, presentem paginam sigillorum nostrorum fecimus appensione muniri. Testes Fideles et idoneos adhibentes, quorum nomina hec sunt: Dominus Bruno et Dominus Wernerus, Sacerdotes, Dominus Helmbertus et Dominus Gerardus de Vitztreue, Dominus Hermannus Zabel et Dominus Helmbertus Lupus, Dominus Tidericus de Bilrebeke et Dominus Rabodo de Plote, Milites, Hermannus de Couelde et Fridericus Fredeuincke, Hermannus Knop et Christianus de Lidfere, Rudolfus de Campe et Wineke, Magister Civium eiusdem Ville et alii quam plures. Acta sunt hec Anno Domini MCCLXV. Indictione Octava, in Die Elyfabet.

Beckmann's Beschreib. V, I, X, Sp. 145. 146.

XVII. Otto und Werner, Edle von Hadmersleben, schenken dem Kloster Diesdorf vier Hufen in Danrsen, am 21. Februar 1277.

In nomine patris et filii et spiritus sancti Amen. Otto et Wernerus, Nobiles de Hadmersleue, omnibus in perpetuum. Cum ea que fiunt in tempore labantur cum tempore, expedit ut ea que aguntur in scripta publica redigantur. Nouerint igitur tam presentes quam futuri fideles in Christo, quod nos IV mansos in Danrsen sitos, qui de proprietate nostra erant, preposito de Destorp vendidimus legitime et pro contractu venditionis tradidimus ipsi Claustro cum omni plenitudine juris ipsos perpetuis temporibus libere possidendos. Ne igitur emptionem ipsius prepositi jam dicti alicuius proteruitas valeat infirmare, presens scriptum in robur validum eidem claustro dedimus et illud sigilli nostri appensione fecimus communi. Huius rei testes sunt H. dictus Grelle, Henricus de Ottersleue, H. de Reddigou, S. de Lotstrobe, milites et alii quam plures fide digni. Datum anno domini M^o. CC^o. LXXVII^o, VIII^o. kal. Martii.

Cerrens Dipl. II, 166—167.

XVIII. Die Söhne des Edlen Conrad von Dorstadi verkaufen dem Kloster Diesdorf Besitzungen zu Hohen Dolslege, am 3. August 1278.

Nos dei gracia Bernardus, Canonicus Hildensemensis, et Conradus, Canonicus Halberstadenfis, Arnoldus, Canonicus Magdeburgenfis, Fredericus et Waltherus,